

Hessen 7 Saefeln.
26. Juli 1899.

Ex libris

Hunnii, Arnstadt.
(Thuring.)

1884.

Auctor

Materiae Inscriptio

Loc. dat.

Ap. Hoffm. c. Ap.	De fortice cascarillae eiusq. insignibus in medicina virtutibus	Hab. 1738.
Bochmer	De salutari viis vitae in morbis actione	1764.
Bochmer	De quatuor & quinque remio ex artu anteriorie manus quae accidentibus	1744
Bochmer	De prolapsu et inversione uteri jusque Wachter vaginæ relaxatione	1745
Bochmer c. Meider	De urinoesse - et excretione	1763
Bochmer c. Theune	De confluxu triam cervicem in dextro coro dir. attio	1763
Bochmer c. Maval	Anatomie ovi humani secundati sed deformis trimestri abortus eloi et nonnulla de uracho humano	1763
Bochmer c. Westhe	De pulmonum cum encephalo consensu	1763
Bochmer c. Brölich	De febre scarlatina epidemice hactenus sanguis sancte.	1764.
Bochmer c. Esterhausen	De transitu febrium benignarum in mali- gnos praevertum in Fria orientali	1764
Bochmer c. Wichtl	De fluorio albi benigni in malignum	1761.
Bochmer c. Moeller	Stranito sine praevio contagio	1765
Bochmer c. Brückner	De signo spasmi peripherici in febribus continenibus	1765
Bochmer c. Otto	De proxima febribus et in specie inflam- matiarum quarundam causa	1767
Bochmer c. Menssen	De genesis materiae putulentac sine prac- rid inflammatione.	1767
Bochmer c. Bochmer	De malignitate variolarum naturalium temporiorum desicatoriorum avertenda	1767
Bochmer c. Miska	De ossium callo	1768
Bochmer c. Miska	De drennis ex retardata abscessuum apertione	1765

17

DE
D A M N I S
EX RETAR DATA ABSCESSVVM
APERTIONE.

P R A E S I D E

MAGNIFICO FRIDERICIANAE PRORECTOR
VIRO ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO
D O M I N O

D. PHILIPPO ADOLPHO BOEHMERO

MED. ANAT. ET CHIRVRG. P. P. ORDINAR.
ACADEM. CAESAR. NAT. CVRIOS. ITEMQVE IMPERIAL. PETROPOL.
NEC NON REGIAR. BEROL. SCIENT. ET PARIS. CHIRVRGOR.
SODALI,

PATRONO FAVTORE ET PRAECEPTORE
OMNI HONORIS CVLTV PROSEQVENDO
P R O G R A D V D O C T O R I S

S V M M I S Q V E I N M E D I C I N A H O N O R I B V S A C P R I V I L E G I I S
R I T E O B T I N E N D I S .

DIE XIX. DECEMBER. C I O I C C L X V .

H. L. Q. S.
P V B L I C E D I S P V T A B I T

A V C T O R

C H R I S T I A N V S G V I L I E L M V S M I S K A

CRVCIRVRGENSIS SILESIUS.

HALAE AD SALAM
S T A N N O C V R T I A N O .

EX REFORMATI ABRASSAVM
CAPITI ONE

CYRILLUS BOHEMIUS

MACULIGO RINDICINAE PRORECTORIE
ALIO LITERARI EXCERPTUARUM ET EXPERIMENTISIMO

DE THYPO ADICHO BOHEMIUS

ACADEMIA CESARIA ET CAROLINA IMPERIAL FESTIVITATI
NEO ROMAENSIS SCOTORIUS SOCIUS ET PARIS CHIRURGOR

PARADOXON HISTORAE ET TRAVECCHIOTRIE

OMNI HONORIS CAVTA PROSEGUENDO

PRO GRADA DOCITORIS

ACADEMIA MEDICINA MONSTRARIA AC TITULARIS
RITA OBSTINANDA.

DIC XIX DECIMAS CLIVISCEX

EDIMBURGAE


CHRISTIANUS GALLIOLUS MISRA

MATTONIUS HANDBERG AVARIA

VIRO
EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO
DOCTISSIMOQUE
DOMINO
CAROLO BENIAMIN
COCHLOVIO
MEDICINAE DOCTORI ET PHYSICO CIVITATIS
CRVCIBVRGENSIS HVIVSQVE TRACTVS
MERITISSIMO
PATRONO ATQVE FAVTORI
EA QVA PAR EST MENTIS REVERENTIA
SVSPICIENDO

NEC NON
VIRO
EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO EXPERIENTISSIMO
DOMINO
ADAMO NIETZKI
MEDICINAE DOCTORI CELEBERRIMO
PRACTICO HALENSIVM FELICISSIMO
MEDICO VERI NOMINIS PHILOSOPHO
PATRONO FAVTORI ATQVE PRAECEPTORI
OMNI PIETATIS CVLTV AETERNVM DEVENERANDO

SPECIMEN HOC IN AVGVRALE
EXCELENTESSIMO AMBIVMO EXPERTISSIMO
SUMMAE OBSERVANTIAE
DOMINO
SEMPITERNAE PIETATIS
CRATISSIMI ANIMI
PUBLICVM ET PERENNE MONIMENTVM
D. D. D.
V. R. O.
EXCELENTESSIMO AMBIVMO EXPERTISSIMO
DOMINO
ADAMO NIETSKI
MEDICINA DOCTORI CELESTERRIMO
IACOBO GALLMAYA FERICISSIMO
DEVINCTISSIMVS CULTOR
PRAEFECTORI CHRISTIANVS GUILIELMVS Miska.



DISSE^TAT^O IN AVG^RALIS MEDICA
DE
DAMNIS
EX RETAR DATA ABSCESSVVM
APERTIONE.

§. I.

Vasa corporis humani arterios^a et venosa^a.



Mirabilem prorsus, planeque singularem corporis nostri fabricam contemplantibus, facili negotio statim patet, illud ex innumeris vasculis maioribus minoribus esse conflatum, eorumque alia referre figuram conoideam truncatam conuentem, arterias vocant; alia truncatam inuersam, seu crescentem

A

centem

centem, quae *venae* dicuntur. Arteriae toto fere in corpore in minutissimos ramos diuiduntur et ramuli e maioribus truncis emissi communicare cum vicinis cernuntur. Venae vero plurimis in locis arteriis comites, pari omnino, quo arteriae, modo in innumeros minutissimos ramulos diuiduntur.

§. II.

Sanguinis resolutio in globulos.

Haecce vascula permeat fluidum, perpetuo in gyrum actum, ad visum homogeneum, *sanguinis* nomine notum. Huncce sanguinem ex globulis densioribus, in fluido tenuiori natantibus, constare, plura probant experimenta. Globuli vero hi densiores in alios tenuiores, et, vti quidam volunt, senario semper numero respondentes resolui se patiuntur, eaque resolutio eosque procedit, vt eam vix oculus armatus prosequi possit. Vid. *Perilliſtr. HALLERVS prim. lin. physiolog. Cap. III. paſſim et Cap VII. §. CLXIII. Perilliſtr. L. B. VAN SWIETEN Comment. in BOERHAAVE Apbor. T. I. §. 93. p. 134 et 135.*

§. III.

Fluidi vebendi ratio ad vasa.

Fit itaque fluidum illud proportionale ad vasa, per quae vehi debet. Per ultimos namque fines horum vasculorum minutissimorum, quae capilli crassitatem vix aequant, non nisi vnicus sanguinis globulus transfire potest. Liquidum autem hoc, vt liberum semper feruet cursum, cor et vasa debito

bito pollut in statu sanitatis elatere, contractione, amplitudine; vti fluidum ipsum legitimam habet fluiditatem.

§. IV.

Inflammationis idea.

Quodsi enim vasa iusto angustiora fuerint, aut moles, per ea vehenda, iusto major, aut vtrumque simul concurrat: tunc moles ista subsistit et canalem, quem permeare debet, obturat, hocce obstructo liberum sanguinis circulum impedit. Lege vere circuli sanguinis in dissitissima quoque corporis loca continuo motu sanguinis pellitur et exinde etiam ad locum obturatum noua aduehitur sanguinis portio, quae moleculam hanc stagnantem in angustissimorum vasculorum fines, validissime reagentes et vibrantes, premit. Nonne itaque sanguis, ad moleculam hanc appulsus, eam quasi intra duo prela reducit? Immo sanguis ipse, nouiter ad moleculam restagnantem aduectus, subsistat opus est: eius enim refluxum prohibet noua sanguinis portio, vi cordis et arteriarum pulsa. Quid itaque inde sequitur aliud, quam vt sanguis, intra vasa obstructa accumulatus, eadem distendat? Vasis hisce distentis vascula vicina comprimuntur, cumque et in haec impetus fluidi, a tergo ruentis, agat, noua nascitur obstructionis causa et hac ratione toti vasorum plexus obstruuntur, distenduntur. En! originem morbi, qui *inflammationis* nomine notus est.

A 2

§. V.

§. V.

Inflammationis solutio in genere.

Omnis morbus exit vel in sanitatem, vel in aliud morbum, vel in mortem. Vides itaque exinde, et inflammationem eodem modo solui posse: nam inflammationem morbum esse, nemo facile negabit.

§. VI.

Inflammationis euentus per resolutionem.

Si molecula stagnans aliquam adhuc habuerit mobilitatem et per attritum ad vasa reagentia imminuta fuerit molis magnitudo et vasa ipsa pristinam recuperauerint vim et capacitatem, ita, ut transire possit illud immeabile in venas atque liber humorum circuitus restituatur: tunc inflammatio sanata dicitur per *resolutionem*.

§. VII.

Inflammationis exitus per abscessum.

Si vero immeabilis haereat materia obstruens, vascula distenta sensim, sensimque rumpantur et humores suos effundant, hique leni calore corporis accidente in fermentacionem tendant et degenerent in humorem flavescentis coloris et spissioris consistentiae: inflammatio tunc solui dicitur per *suppurationem*, sive per *abscessum*.

V.

A.

§. VIII.

§. VIII.

Inflammationis solutio per gangraenam et sphaeculum.

Per gangraenam et sphaeculum vero soluta dicitur inflammatio, quando ea ad eum gradum iam perueuit, vt, perdita vasorum vi, omnis effluxus et influxus vitalis liquidi in parte affecta tollatur, putrefactio ibidem suboriantur, indeque quasi mors partis sequatur.

§. IX.

Inflammationis transitus in scirbum.

Per scirbum tandem soluitur inflammatio, si materia crassior, ablata quounque modo tenuiore in circulum se reduc non patiatur, immo potius exsiccatur, inque durum eleuetur tumorem. Vid. de his M. BOERHAAVE in Aphor. de cognosc. et curand. morb. §. 386. et seqq. Perilliusr. L. B. van SWIETEN in Comment. ad b. l. Excellentiss. et Experientiss. D. D. NIETZKI Fautor atque Praeceptor, optime de me meritus, in Pathol. Cap. VII. § CCCCXIV. seqq.

§. X.

Transitus ad praesens institutum.

Quamlibet harum solutionum inflammationis speciem singularem prorsus requirere operam et attentionem, quis est, qui dubitet? Iam dudum quoque summos in arte viros in iis penitus inquirendis et enodandis desudasse, non, nisi omnium ignarissimum, latere potest. Verum enim vero non omnem omnino

A 3

omnino eos exhausisse materiam, quae nostram vtique attentionem meretur, quaeque vltiore digna est disquisitione, ab omni praeiudicata opinione liber, hoc mihi facile concedet. Persuasi itaque sumus, actum nos non acturos, aut crambem centies recoctam L. B. apposituros, si eandem materiam retractandam sumamus. Constituimus nimirum apud nos quaedam de secunda inflammationis solutionis specie differere et quidem ita, vt generalioribus, quae ad rem nostram facere possent, praemissis, specialiora subiungere non negligamus.

§. XI.

Differentia casuum circa inflammationis solutionem per abscessum.

Experientia magistra nouimus, in quounque abscessu materiam purulentam vel intra sua velamenta contineri, vel eadem soluta esse posse ita, vt puri liber concedatur exitus. Hoc si contingit: tum haec solutionis inflammationis species iure suo atque merito ad *vclus* referri potest; si vero illud: *tumor* quidam in parte affecta obseruari debet.

§. XII.

Tumoris symptomata.

Vnus quisque morbus sua habet symptomata et ab uno symptomate aliud proficiscitur, atque hoc denuo nouum producit. Non mirum itaque est, hoc etiam in quounque tumore obtinere. Necessaria ergo erunt plura symptomata tumoris, vt laesa partis affectae functio, sensus incommodus, graua-

grauatiuuus, aut etiam dolor pro ratione sensibilitatis locorum maior, minor, lancinans, pulsatilis, vrens, tendens; congestiones ad partes affectas aequē, ac remotas ab illis; augmenta tumoris; inflammations; motus febribles, qui diuersos de-
nuo producere valent effectus.

§. XIII.

Vlceris symptomata.

Origo vero symptomatum in vlceribus ab ipsa solutione continui deducenda est, semper habita ratione qualitatis viuis, vel alterius partis solutae. Cur itaque affluxus humorum ad partes exulceratas, dolor, qui rodendo magis fese manifestat, inflammatio, motus febribles, inter vlcerum affectiones numerentur, praeceptis pathologicis imbuто non difficile est ad iudicandum.

Patet hic quoque luculenter ex his, quae modo protulimus in medium, nos tantummodo generalia vlcerum, quibus stipari solent, symptomata hic, enumerasse, nullo habito respectu ad prauas illas qualitates materiae, in vlceribus, sic dictis qualificatis, contentae. Data enim opera ea hic omittimus, tanquam quae in subsequen-
tibus loco opportuniore occurrent.

§. XIV.

Materia purulenta quale productum.

Nullus abscessus generari potest sine praevia inflam-
matione. Inflammatio vero, vt supra diximus, oritur a re-
stagnan-

stagnantibus intra vasa humoribus et crassioribus, quam per ea vehi possunt, moleculis, in angustissimos arteriarum rami-
los detrusis. Nulla itaque alia materia in abscessu potest con-
tineri, quam ea, quae continebatur in inflammatione: cras-
siores ergo particulae sanguinis, terreae constituent materiam
in abscessu haerentem. Cumque quotidiana loquatur expe-
rientialia, omnes humores corporis nostri stagnantes, motuque
progrelio desitutos, successu temporis degenerare, quid
mirum etiam haec, quae in inflammatione stagnant, fluida
mutari, et fermentationem subire, cum omnia, quae ad ean-
dem requiruntur, hic adsint. Coniiciuntur nempe in mo-
tum intestinum, quo partes, mixtum quoddam constituentes,
ad se invicem et circa axin mouentur, diuelluntur, mox ite-
rum combinantur: et sic noua, a prima maxime diuersa, pro-
ducitur mixtio. Patet ergo ex his, materiam purulentam, in
abscessibus obuiam, non, nisi productum esse fermentationis
ex crassioribus sanguinis particulis.

§. XV.

Aëris ad massam fermentantem ratio.

Massae fermentescibiles lentius fermentant, omni pro-
hibito liberiori aëris externi accessu: dum e contraria parte
eaedem citius fermentationem subeunt, sub aëris externi con-
tinuis ad se accessionibus. Quae cum fidissima doceat obser-
vatio, concludere merito possumus, materiam purulentam
in abscessu, cuius velamenta nondum soluta sunt, haerentem,
lentius

lentius fermentationem subire, quam ea, quae obseruatur in abscessu, cuius velamenta omnino soluta apparent.

§. XVI.

Quid sub fermentatione contingat.

Fermentatio consistit in motu intestino particularum mixti, quo mobilissimae eius moleculae, alias se immobiliores in motum ducunt, hacque ratione omnes particulae, mixtum hoc constituentes, colliduntur, dissiliunt, atteruntur, attenuantur et iterum combinantur. Iam vero omnis causa maior producit effectum maiorem. Concitato ergo maiore motu in mixti moleculis, eo maior omnino et citior obtinebitur particularum resolutio, si vero minor motus concitat, eo quoque minor earundem speranda erit resolutio.

§. XVII.

Quid sub minore gradu fermentationis in abscessibus fiat.

Materiam abscessus esse productum e crassioribus sanguinis partibus docet §. XIV. Antecedente vero §o. demonstratum est, a minore gradu fermentationis minorem particularum terrearum in massa fermentescibili resolutionem dependere. Sponte itaque ex his sequitur, materiam abscessuum parum admodum resolui et attenuari, fermentatione ad minorem tantum gradum in iisdem perducta. Porro docuit nos experientia massam fluido aquoso orbatam nullam subire fermentationem. Discussis itaque quo-

B

cunque

cunque modo, tum portione aquae, tum ipsis mobilioribus mixti partibus, haec massa non poterit amplius fermentare, immo potius notabilem mora temporis concipiet acredinem et indurata posthac in tumorem eleuabitur.

§. XVIII.

Quid inde sequatur.

Euidens ergo est ratio, cur ex apostematibus, quorum apertio retardatur et quorum materia parum admodum resoluta, quicquod tenuior eiusdem portio dissipata est, crassiore relicta, scirri oriuntur pessimae indolis, qui diuersos in corpore producunt effectus, vti congestiones ad partes affectas, inflammations, et varios pro sensibilitate locorum, quae patiuntur, dolores. Omnia vero, quae hic in scenam prodeunt, symptomata gradu superare obseruantur illa, quibus scirri simplices obnoxii sunt. Hic enim simul in censem venit materia illa acris, in hisce tumoribus contenta, tanquam altera causa, ad eundem effectum produendum superueniens.

Dicitis applaudit experientia. Nam quando calidis remediis tractatur abscessus emollientium et humectantium admistione neglecta: tunc abscessus in scirrum mutari deprehenditur. Quid itaque mirum, suppuratas mulierum mammas in scirrum conuerti, si illas carentibus prunis, vti solent, exponunt? Vid. *Perillus van Swieten in Comment. ad BOERHAAVE Aphor. T. I. §. 406. p. 706.*

§. XIX.

§. XIX.

Effectus auctae fermentationis in abscessibus.

Intensior gradus fermentationis maiorem et citiorem partium terrestrium in massa fermentescibili resolutionem comitem habet per §. XVI. Et concitato maiore motu in crassioribus sanguinis particulis abscessuum, maior omnino et citior earundem sequitur resolutio per eundem §. Immo cum non solum crassiores sanguinis particulae, sed et ipsa vasculorum latera et aliae solidae partes per fermentationem soluantur et atterantur: maior et citior quoque in his obtinebitur resolutio. Patet itaque, plures alias solidas partes prae sanguinis terrestribus moleculis destrui, in fermentatione citiore et maiorem in modum aucta.

Veritatem huius asserti omnium optime comprobant phthisici, in quibus quandoque, Anatomia teste, tota pulmonis substantia consumta, inque pus conuersa cernitur.

§. XX.

Aëris externi ad abscessus ratio.

Cum in massis fermentescibilibus motus intestinus et inde quoque resolutio augeatur, si ad easdem liberiorem aëris externi accessum admiseris: et e contrario massae eadem, ab aëris externi vi defensae, tardiorem et minorem motum intestinum subeant per §. XV. Patet hinc ratio, cur et quando, facta abscessuum apertione, aëris externi ad eosdem aditus non ita valdopere sit extimescendus, quando

vero ab illis arcendus? Immo cum experientia doceat, intensius frigus motum in massis fermentescibilibus inhibere: non minus euidens esse arbitror, cur abscessus omni cura leni fouendi sint calore, neque concedendum, ut partes abscessibus vexatae, frigori exponantur.

§. XXI.

Effectus materiae acris in abscessibus.

Humores nostri, in calido loco stagnantes, non corrumpuntur solum, sed et acriores, tenuesque redundunt (*p. obseruat.*). Retardata itaque abscessuum apertione nonne idem materiae, in illis contentae, continget? Mutabitur ergo indies, degenerabit, tenuior, acriorque evadet. Cum vero iam in blanda suppuratione partes solidae soluantur et atterantur; eaedem et citius et magis a materia hac acri et tenui soluentur: hacque ratione et puris copia et abscessus magnitudo augebitur. Aucta hoc modo puris copia, neque exitum inueniente, eo illud tendat oportet, vbi minor est resistentia; et cum haec sint loca, vbi tunica cellulosa abundat, ad hanc, tanquam facile cedentem, pondere et mole sibi viam pandet; cumque vero haec tunica, ut anatomia docet, omnibus fere corporis partibus miro modo sit intertexta; patet exinde satis luceanter ratio, cur pus tam anfractuosas saepe vias et cauitates, introsum deuergentes, quas sinus vocant, faciat?

§. XXII.

§. XXII.

Abscessus mutatio in fistulam.

Fluidum in vasis, circa hosce sinus sese terminantibus, spissescere, vel fibras fieri rigidas et labia ulceris indurescere posse, nullam inuoluit contradictionem. Pone itaque, hoc factum esse, tunc praesens morbus fistulae nomen habet. Vid. *Excellentiss. et Experientiss. D. D. NIETZKI*, iucundo praeceptoris nomine mihi semper nominandus, in *Pathol. Sect. III. Cap. I. §. CCL.*

§. XXIII.

Materiae abscessuum putridae in ossē qualis effectus.

Quodsi vero ponas, putridam iam factam abscessuum materiam, musculis ossi superstratis, aut ex toto aut ex parte, ab ipsa depastis, ossi fieri contiguam; non poterit tunc non euenire, quo minus prauam suam indolem ossi ipsi communicet, idque ipsum in putrefactionem, ab illius superficie externa incipientem, omnino tendat. Hoc si contingit, habes iam notionem morbi, a retardata abscessuum apertione producti, qui caries ossis ab

artis peritis nuncupatur. Cf. *Exper. et Excellent.* D. D.
NIETZKI l. c. Cap. II. §. XLVI. XLVII.

§. XXIV.

Materia acris abscessuum in massa humorum.

In profundis partium corporis nostri solutionibus motus febriles adsunt et sub hisce fluida, in vasis periphericis contenta, versus interiora feruntur, Pathologia teste. Fac itaque, materiam abscessuum, resolutam omnino et acrem factam, diutius, quam par est, in illis haerere, motusque febriles superuenire: quid inde eueniet aliud, quam ut materia illa prava, in cauitate eorum haerens, a patulis vasculorum orificiis resorbeatur, a minoribus ramulis maioribus semper tradatur et hac ratione ad massam sanguineam adiecta et ipsam totam inquiet et vniuersalem producat cacoehymiam?

§. XXV.

Qualis eiusdem effectus.

Tantum autem abest, ut putrida illa abscessuum materia, sanguini iamiam mixta, prauam suam indolem deponere, inque laudabilem commutari humorem possit; ut potius ipso circuitu

circitu acrior indies euadat, tantasque in corpore turbas, vt vix crediblie sit, excitet. Numero hic febres inflammatorias, malignas exanthematicas, hecicas. Quae mala a resorpta praua illa abscessuum materia omnino producta fuisse, innumerae docuerunt obseruationes: qua vero ratione in corpore oboriantur, ei, qui tantummodo in Pathologia non prorsus hospes est, non potest esse ignotum.

§. XXVI.

S c h o l i o n.

Praeter recensita in §§. antecedentibus damna, quae retardatam abscessuum apertione presso sequuntur pede, multa adhuc alia, quae ei pari modo suam debent originem, mala corpori induci posse, satis notum esse poterit, singulis accurate consideratis, atque inter se collatis, quae proposita erant in §§. anteced. Haec vero omnia recensere, eoque, quo exorsi sumus, ordine, pertexere, uti nimis longum foret, ita a nostro proposito prorsus alienum, cum breuem tantum dissertationem scribere nobis fuerit animus.

§. XXVII.

§. XXVII.

Vsus practicus.

Cum itaque retardata abscessuum apertio tantopere noceat, iam videndum nobis erit, qua arte ei sit occurrentum. Omnia iam et singula, quae a retardata abscessuum apertione proficiscuntur, damna optime, ut opinor, praecaveri possent, si purulenta abscessus maturi materia iusto tempore, quod ex suis, in Pathologia traditis, signis potest cognosci, presso aliquantulum in altum tumore, euacuetur; quod an instrumento quodam acuto, an medicamentis peragatur, nobis hic perinde est. Sunt, qui statim, ac inflammatio discuti se non patitur scalpello incisionem instituere et suppurationem deinde omni modo promouere iubent: (Conf. CEL
SVS de Medicina p. 408. 409.) quam si quis maluerit sequi methodum, nos non habebit contradicentes.

T A N T V M.



SUMMIS IN MEDICINA HONORIBVS
CANDIDATO
DIGNISSIMO
S. D.
D. ADAMVS NIETZKI.

Non dubito, CANDIDATE DOCTISSIME, quin mecum reliqui Praeceptores TVI, quos in hac illustri Musarum sede habuisti, de TE idem sentiant, quod iure meritoque sentiendum est de iuuenie, qui ingenii alacritate, constante in perdiscendis litteris studio prae multis aliis eminere non intermisit. Quam de TE laudabilem sententiam nouo iam probas arguento, acquisitaer eruditio medicae specimen publicum, tamquam verum ingenii TVI foetum, in lucem editurus. Cum laude itaque affectus Doctoris dignitatem, in TE propediem publice conferandam, de qua TIBI iam ex animo gratulor; subiunctis votis, ut res TVAE in posterum feliciter succedant! Atque ita ex animi sententia TE valere iubeo. Dub. in Acad. Frider. Id. Decembr. CLXXXV.

C

CLA-

CLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
D O M I N O M I S K A
AMICO SVO

S. D. P.

P H. D A N. S A N D R A R T

HALLESTADIENSIS

MED. CANDIDAT. OPPONENS.

Manca certe et valde insecura est medicina ea, quae usum tantum et experientiam sibi vindicat, parum etiam tuta et laude digna est medendi ratio, quae ex observationibus tantummodo ducitur, neglecta corporis et naturae rerum cognitione; eam vero maiore iure medicinae cultoribus promittere certitudinem, quae non modo experientia, sed etiam ratione verisque principiis fundata sit, nemo facile in dubium vocabit. Quodsi enim in omni curatione primum est, ut origo et causa morbi pateat, qua ratione illa scrutanda, quomodo persequenda erit, nisi rationalis accedit medicina, cuius praesidio causae in obscuro positae deprehenduntur. Quo magis itaque necessarium erit, ut qui in arte salutari paullo altius eniti cupiunt, utramque artem non leuiter attingant; sed easdem coniungant, atque viaculo connectant, cum satis constet, utrumque genus ad exornandum, perficiendumque medicum mirifice conspirare. TV Nobilissime ac Doctissime DOMINE DOCTOR
RANDE


R A N D E , eandem mecum , quamdiu medicinam excoluisti , sententiam
habuisse mihi videris , cum pro themate inaugurali eam TIBI defenden-
dam elegeris materiam , quae satis testatur de acri TVO iudicio , et simul
probat TE non superficiaria scientia , sed solida cognitione rerum medicarum
esse instructum , exornatumque . Gratulor itaque TIBI ex sincero animo de
summis in arte salutari honoribus et de laude dignissimis ac paeclaris TVS
studiorum Academicorum profectibus , quae ad felicem nunc finem TVA
industria , ac diuina fauente gratia , sunt perducta . Faxit summum nu-
men , vt in patriam redux sanus sanitatem ac salutem , multis aegrotantibus ,
TVAM operam imploraturis , adportes vberimam , atque exoptatam , et vt
omnia TVA conamina , in posterum felicissimum euentum nunquam non nan-
ciscantur . Quod reliquum est , vt amicitia TVA gratissima nunquam non
me dignari velis , iterum iterumque rogo . Vale viueque feliciter ! Dab. in
Acad. Fridr. die XIV Decembris MDCCCLXV.

PRAENOBILISSIMO NEC NON DOCTISSIMO
DOMINO DOCTORANDO
AMICO SVO SVAVISSIMO
S. P. D.
JOANNES THEOPHILVS HINKE

VRATISL.

MED. CVLT. OPPONENS.

Admodum laetor, adeo desideratam mihi datam esse occasionem, TIBI AMICE SVAVISSIME, amicum erga TE animum significandi. Ex quo enim singularis illa mihi obtigit occasio, TE penitus nescidi, ab illo fane temporis punto singulari prorsus aestimatione dignus mihi esse videbaris; nec solum ob morum probitatem sed etiam ob eam ingenii TVI indolem, qua ea tantum in disciplinis studio TVO digna esse iudicasti, eaque TIBI felici minerua, familiaria reddidisti, quae maximam in vita spondent utilitatem. Cum vero iam TVAM hanc eruditioinem, summos in medicina honores, tanquam praemium, comitari videam: non possum non TIBI felicitatem hanc amica mente congratulari. Gratulor TIBI, TVIS, patriaeque nostrae, quod expectatione, de TE conceptae, ex aste respondeas. Abi iam bonis aibus, quo TE, TVORVM vota trahunt, viue diu feliciter, consule optime aegrotis, qui TVAM operam in depellendis morbis sunt imploraturi. Mihi vero rem omnino gratissimam feceris, si in numero amicorum TVORVM me habere continuaueris; idque ut facias, iterum, iterumque rogo. Dabam Regia Fridericana d. XVI. Decemb. MDCCCLXV.



PRAE

C

DU 1243 p 0030

JOHANNES THOMASHEVSKI

A

Ua 4235





17

DE
D A M N I S
EX RETAR DATA ABSCESS VVM
A P E R T I O N E.

P R A E S I D E
MAGNIFICO FRIDERICIANAE PRORECTOR E
VIRO ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO
D O M I N O
D. PHILIPPO ADOLPHO BOEHMERO
MED. ANAT. ET CHIRVRG. P. P. ORDINAR.
ACADEM. CAESAR. NAT. CVRIOS. ITEMQVE IMPERIAL. PETROPOL.
NEC NON REGIAR. BEROL. SCIENT. ET PARIS. CHIRVRGOR.
SODALI,
PATRONO FAVTORE ET PRAECEPTORE
OMNI HONORIS CVLTV PROSEQVENDO
PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS
RITE OBTINENDIS.
DIE XIX. DECEMBER. C I O I O C C L X V .
H. L. Q. S.
P V B L I C E D I S P V T A B I T
A V C T O R
CHRISTIANVS G V I L I E L M V S M I S K A
CRVCIRVRGENSIS S I L E S I V S .

HALAE AD SALAM
S T A N N O C V R T I A N O .

